

no 240

CAX. 17 OR. 5.

MISCELLÆ DEFENSIONES

Pro


CL. SALMASIO,

De variis observationibus  
& emendationibus

A D I U S

ATTICUM ET ROMANUM

Pertinentibus.



*Nov Jernay*

*num. 43.*

*capo . . . 9.*

*num. . . 20.*



LUGDUNI BATAVORUM,  
 Ex Officina IOANNIS MAIRE.  
 C I O I O C X L V.

~~Handwritten scribbles at the bottom of the page.~~

*Viris Amplissimis,*  
**PETRO ET IACOBO**  
Puteanis fratribus.

S. D. B.

S. D.

**N**ATAM hanc mihi ex occasione curam aliis occupato, nec quidquam tale meditati, ita velim mihi credi ut conscius sum me id quod res est dicere, viri Illustres. Nec apud vos ulla inficiandi causa aut dissimulandi, si aliter esset. Advocatus fori Parisiensis fama celeberrimus, nec vobis de facie ignotus, mihi etiam de utroque cognitissimus, hanc à me operam expressit, non pro me, sed pro eo quem æque ac me ipsum amare debeo, & quem vobis amicissimum esse scio. Fatebor equidem, indignationem magnam huius operis partem sibi vindicare, de quo nec cogitassē nisi ille prior  
a 2                      lacef-

3

C A P U T I.

*Quid sit ἐργον. Qui amico egeno prestabatur, Mutui genus fuisse, ex eventu, vel donationis. Reddi solitum ab eo qui posset. Quot ἐργόνων genera. Vnum ad convivia ex symbolis factitata fuisse usurpatum. Δείπνον ἐκ συμβολῆς. Συμποσιάρχης dictus, qui ei rei praeficiebatur, non ἐργονάρχης. Alterum genus ἐργόνων ad amicorum inopiam sublevandam fuisse institutum. Nullus in eo πληρωτὴς ἐργόνων. Quid sit ἀγερμός. Quomodo ἀγερμῶν, & ἐργονιστῶν differant. Multa alia de hoc erano.*

**R**ÆCIPUE hic nobis res erit cum auctore rerum iudicatarum, quibus adiunxit observationum & emendationum librum. In quibus libris multas emendationes & observationes Salmasii vir ille doctissimus & celeberrimus fori Parisiēsis Patronus dedita opera sibi vellicandas sumpsit. Nō enim potuit ferre doctissimus disertissimusq; caudicus, alia tractari ab amico suo quā philologica, & fabrum ad fabrilia remisit tractāda. Lubēter hoc illi condonassem, nisi animadvertissem, captasse ubique oc-  
A 2                      casio-